



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

56 Ecclesiae bona non inuolare, nec eius iura & immunitatem violare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

mente Maximo ad Lugdunum victus & occisus
fuit. lib. 16. C. Theod. 1. de Episc. & Cler.

Immaturas & miserandas mortes aliorum
describunt Genebrardus, Archiep. ad Aquas
Sextias, lib. de sacrarum elect. iure ac potestate,
Bozias de Sign. Eccles. lib. 23. sign. 95. & Baron.
Tom. 10. Ann. Christi 846. num. 13. & seq. Vide et-
iam Theatrum hist. loco de pœnis Eccles. immunit.
violatiam, & earum iura imminuentium. Qui vel
Reip. administrant, vel administrantibus con-
sulant, Chrysostomum Iauellum legant.

SIGNVM LVI.

ECCLESIAE BONA NON INVO-
lare, nec eius iura & immunita-
tem violare.

Ecclesia
immunita-
tem non
violare.

Officium bonorum Magistratus est, nequaquã
bona vel facultates Ecclesiæ inuolare vel v-
surpare. Nã contra hoc peccantes grauius à Deo
puniti semper fuerunt. 1. Nabuchodonosor Assy-
Rex (Dan. 1. & 4.) post expoliatum sacrum Tem-
plum in bestiam transformatus est. 2. Balthasar
(Dan. 5. 30.) quod sacra templi vasa profano v-
su contaminasset, hostium manibus peremptus
est. 3. Antiochus Rex quia tentauerat exspoliare
Templum, (2. Mac. 9.) à vermibus consumptus,
4. Heliodorus (2. Mac. 3.) quod thesauros Templi
dirigere voluit, flagellis diuinitus cæsus est vsq;
ad mortem. 5. Iosephus lib. 14. Antiq. c. 8. com-
morat M. Crasum ob expilatũ Templũ Hieroso-
lymitanũ cum exercitu suo à Parthis deletũ esse.
6. Et lib. 16. c. 12. Herodẽ Regẽ à Deo punitũ, quod
sepul-

sepulchrum Davidis aperuisset, sperans se in
magnum pecuniarum thesaurum reperiturum.
Ananias & Saphira (Act. 5.) repentina morte
lati sunt, quod partem facultatum suarum, a
Deo consecratam, sibi clam reseruassent.

8. *Iulianus* Iuliani Apostatae auunculus, cum
Antiocheno templo sacra vasa sacrilege fur-
puisset, saeuissimo morbo correptus est, ita ut
iam excrementa ventris per os blasphemum
iecerit. *Hist. trip. lib. 6. c. 32.*

9. *Felix* Quaestor eiusdem Iuliani Imp. p.
spoliata templa cum sanguine animam euocauit.
Ibid.

10. *Greg. Turonicus* scribit *lib. 7. hist. c. 35.* m-
tes quosdam in Agennensi vrbe post spoliata
Vincentij Martyris Basilicam alios manibus
si ambustis fumum emisisse, alios S. Martyris
masse, se a daemone discerpi, alios sibi violentam
manus iniecisse.

11. *Petrus Cluniac.* *lib. 2. mir. c. 1.* narrat
Comitem vrbis *Matisconensis*, qui post spoliata
Ecclesias, in praesentia multorum, die festo,
ab equite ignoto & terribili ante fores
equum paratum incendere iussus esset, ab
dem in aera cum eiulatu abreptus fuerit.

12. Simile narrat *Paulus AEmyl.* *lib. 5. de*
helmo Comite Cabillonensi 13. additque de alio
Comite Niuernensem immunitatis Ecclesia-
ca hostem, obtorquente se sponte in terga
animam exhalasse. Alia de alijs intus foribus
apud *Petrum Damian.* *epist. 9. ad Nicol. Pap.*
Theatro hist. locis de Sacrilegio & de Templo.

Augustus Caesar Asyla a veteribus constituta
abrogauit, ne proposita immunitatis spes

sem facinoribus daret. (*Alex. ab Alex. lib. 3. c. 20.*
 & *Suet. ex Dione.*) *Tiberius*, cum templa Græcorum
 pessimis seruitiorum completerentur, eodem
 subsidio obrati aduersum creditores, suspecti-
 que capitalium criminum receptarentur, neque
 vllum satis validum imperium esset coercendis
 seditionibus populi, Asyla Græcorum lustravit,
 & repurgavit. (*Tac. lib. 3.*) *Impp. Arcadius & Ho-*
norius legem sanxerunt, vt Iudæi, qui reatu ali-
 quo, vel debitis fatigati, simulant se velle Chri-
 stianæ religioni coniungi, arceantur, nec ante sus-
 cipiantur, quàm debita vniuersa reddiderint, vel
 fuerint innocentia demonstrata purgati. (*lib. 1.*
Cod. 1. de his, qui ad Eccl. confug.) Quin & ipse
 Deus ab altari suo auellere eum iubet, qui data
 opera, & ex insidijs proximum suum occiderit.
 (*Exod. 21.*) Nec Asyla conceduntur latronibus,
 homicidis, virginum raptoribus, sacrilegis, reis
 diuinæ & humanæ Maiestatis: (*Iustin. in Nou. 17. c.*
7. & Nou. 117.) quandoquidem legis indigni au-
 xilio iudicandi, in legem qui peccant.

Vt verò de abusu Asylorum rectè hæc dicun-
 tur, ita verum eorundem vsum minimè tollunt.
 Fuerunt hæc priuilegia concessa ob religionem,
 veterum statuta, merita & virtutes præclaras
 maiorum. 1. Romæ constitutum fuit Asylum,
 (*Dion. Hal. lib. 2.*) 2. & Athenis ara misericordiæ,
ἱεὸς ἐλεος (*Plur. in vita Thesæi.*) 3. ipse Deus fi-
 lijs Israël ordinauit ciuitates refugij. (*Num. 25.*
Deut. 19. & 10f. 20.)

4. In Iure Ciuili sancitum est, nemini licere ad
 sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere, &
 si quis contra hanc legem venire tentauerit, sciat
 se Maiestatis crimine tenendum esse. (*lib. 1. Cod.*

l. 12. de his, qui ad Eccles. confug. & ibid. Imp. Leo Præfenti lege, inquit, decernimus, per omnia loca valitura, nullis penitus, cuiuscunq; conditionis sint, de sacrosanctis Ecclesijs Orthodoxis dei expelli, aut trahi, aut pertrahi cõfugas; hoc volunt aut facere, aut nuda saltẽ cogitatione atq; tractatu ausi fuerint tẽtare, capitali & vltimi supplicij animaduersione plestendi sunt.

5. *Theodosius Senior Imp.* cum illibate conferretur voluerit ius Ecclesiarum, ne id fieret damnum alterius cauit, quamobrem de his, qui confugerent ad eas ista fanciuit: Publicos debitores, si cogendi ad Ecclesias crediderint, aut illic exierint hi de latebris oportebit, aut pro his ipsos, qui occultare probantur, Episcopos exigi. *Honorius* magis vigore compulsus aliquando *S. Augustinus* persoluere quod debebat, qui confugerat ad Ecclesiam: pro eius debiti dissolutione de collegio facienda in populo litteras dedit *epist. 215. Bedæ Ann. Christi 342.*

l. 1. de his, qui conf. ad Eccl. C. Theod.

Crimẽ Mactati, infringere iura Ecclesie.

6. Anno Christi 407. *Honorius Imp.* ad eos, qui abstrahunt fugiẽtes ad Ecclesiam, vbi iestatis criminis rei haberẽtur, ad Iouium Præfectum Prætorio rescripsit, vt ex *S. Gregorius* pæ epist. ad Ioan. Defensorem data apparet. Anno sequẽte, cum *Stilicho*, sibi timens, licet duellis Imperij, & proditor imperatorij, ac proditor Orbis, in Ecclesia sibi cõfugium parauisset, nullus tamen eum inde vi abstrahere ausus est.

7. Anno Christi 431. *Theodosius Junior Imp.* Antiochum Præfectum Prætorij sanctionem dedit, de Ecclesiastica immunitate sollicitius obseruanda, & latioribus terminis dilatanda, ne licet putarentur, qui ad eam confugiunt, minime

ti esse, nisi altare tenuerint: in eadem sanctione
vult, ne quis armatus confugiat in templum.

8. Anno Christi 466. etiam Imp. Leo, vt dixi, de
immunitate confugiētium ad Ecclesiam amplif-
simam & egregiam edidit sanctionem.

9. Quam strenuē nostri (etiam ciues) Monaste-
riensēs pro immunitate Ecclesiastica olim mili-
tārint, docet Catalogus Episcoporum Monaste-
riensium manuscriptus, vbi agit de 41. Episcopo
Ottone ab Hoya, & refert Anno 1417. admirandum
cuiusdam ciuis facinus, eiusdemq; exitum hor-
rendum. Item vbi pertractat de Episcopo 42. *Hē-
rico de Mörfa*, & enarrat Anno 1425. homicidium
cuiusdam sacerdotis. Egerunt nonnulli mecum
vt suo tempore Annales describam VVestphalię.
Hanc laborem si humeris meis imponi passus
fuero, poterunt hæc fusè referri.

SIGNVM LVII.

ECCLESIASTICIS PERSONIS ET
rebus sine consensu summi Pontificis nul-
lum imponere vectigal.

Etiam Reges gentium tantum detulerunt suis
Sacerdotibus, vt eos absq; tributo liberos a-
gere voluerint.

1. *Druida* in Gallia tributa non pendebant, mi-
litię vacationem, omniumq; onerum immu-
nitatem habebant. (*Iul. Cas. lib. 6. de bel. Gall.*)
Vide *Aristot. lib. 2. Oecon. 2.* Apud *Ægyptios*, Sa-
cerdotes erant ab omni tributo immunes, imò
& ex tributis exactis ab alijs tertia pars illis
dabatur ad cultum diuinum, & eorum alimen-
ta,